

ma, de quibus propoſita Aſſertio pronun-
tiauit.

Aſſertio 4.
in Benefi-
cijs alijs
præſentibus
non argue-
re indigni-
tatem.

28 Dico quartò. In Beneficijs alijs præſen-
ſio non probat indignitatem, ſi nihil præterea
vitioſum, de quo nuper, admisceatur. Probatio
eſt facilis, quia alijs non liceret concurſus oppo-
ſitorum ad Beneficia, quem tamen Concilium
Tridentinum in prouiſione Parochialium iniun-
git Seſſione 24. cap. 18. de Reformatione, & Pius V.
in Conſtitutionibus An. 1566. die 15. Aprilis. Quòd
ſi in Parochialibus id licet curam animarum ha-
bentibus, minùs erit inconueniens in ſimplici-
bus, vnde etiam pro illis concurſus quandoque
præcipitur, vt in Canonicatibus, de quibus Titulo
præced. cap. 10. & in multis patrimonialibus. Vnde
& viros virtute inſignes ſciuis per concurſum
Beneficia non ſemel aſſecutos, qui poſtea me-
morabiles fuerunt in Dei Eccleſiâ Prælati. Et
quidem cum edicta ponuntur, idonei omnes ad
concurſum euocantur, vnde qui concurrunt, am-
bientes dici nequeunt, ſubitiuè examen, & ele-
ctionem aliorum iudicio ſubmittentes. In alijs
autem non ita eſt iuſtificata præſentio, quia non
veniunt vocati, neque ſe ſubiiciunt examini. Sed
tamen quia ipſa Beneficii vacatio quoddam ge-
nus videtur vocationis, & merita etiam iudicio
prouiſuri trutinanda proponuntur, non eſt id,
niſi vitioſum aliquid, vt dixi, interueniat, penitus
reprobandum. Ceteris autem paribus, non præ-
tendens, & benè notus præferendus, quia abſque
dubio dignior, iuxta D. Gregorij doctrinam, de
qua num. 25.

Concurſus
ad Benefi-
cia vt li-
ceat.

Eligendorũ
forma ex
D. Hormi-
ſidæ.

29 Vt autem DD. Conſiliarij eligendorum
formam præ oculis habeant, illam hic breui de-
ſcriptione ſubiiciam ex Diuo Hormiſidæ Papæ de
Hiſpanis Episcopis ad Episcopos Hiſpanos etiam
ſcribente Epistol. 4. c. 1. in hunc modũ: Irreprehensibiles
enim eſſe conueniunt, quos præſeſſe neceſſe eſt, corrigendos
nec quidquam illi deeſſe perſone, penes quam eſt reli-
gionis ſumma, & ſubſtantia diſcipline. Promptus de-
bet eſſe ad impertiendum, beneuolus viduis, hoſpitalis,
promptus ad miniſtrandum, ſacilis ad ſubeundas vexa-
tiones, nil habens, in quo erubeſcat, non ignorans quis
ſit dignior ſubſenatione. Sic ille. Ex Concilio etiam
Carthaginenſi 4. cui Diuus Auguſtinus inter-
fuit: Capite enim 1. ſic habet: Qui Episcopus ordi-
nandus eſt, antea examinetur, ſi naturã ſit prudens, ſi
docibilis, ſi moribus temperatus, ſi vitã caſtus, ſi ſobrius,
ſi peruenit, ſi ſemper ſuis negotijs cauens, ſi humilis, ſi
aſſabilis, ſi miſericors, ſi literatus, ſi in lege Domini in-
firmitus, ſi in Scripturarum ſenſibus cautus, vel acutus,
ſi in dogmatibus Eccleſiaſticis exercitatus, &c. Cap.
Qui Episcopus 23. diſt. Item ex Synodò Romanã
ſub Eugenio II. & Aquileſanenſi Can. 13. vbi
ſic ſcriptum: Ille modis omnibus debet ad exemplum
viuendi pertrahi, qui cunctis carnis paſſionibus moriens,
jam ſpiritaliter viuunt, qui mundi proſpera contemnit,
qui nulla aduerſa pertimeſcit, qui ſola æterna deſiderat.
Cuius intentioni benè congruens, nec omnino per im-
becillitatem corpus, nec valde per contumaciam repug-
nat ſpiritus; qui ad aliena capienda non ducitur, ſed
propria largitur, qui nulla illicita perpetrat, ſed perpe-
trata ab alijs vt propria deplorat. Sic ibi.

Querendi
tales extra
Curiam.

30 At dicent: Et vbinam tales? Certè non
inter Curia ſtrẽpitum, & auſcas intruſiones.
Querantur ergo alibi, ſicut queruntur ſtrenui
duces, cum aliquid momenti magni bello tra-

ſtandum occurrit. Quòd ſi non inueniantur om-
nibus præſatis dotibus exornati, optimi erunt,
qui iuxta Poëtã, vitijs, ſine quibus nemo vixe-
rit, minimis vigeantur. Hoc dum non fit, ne-
que tuta eſſe conſcientia poteſt, nec ſana Reſpu-
blica; Indica præſertim, cui ſerò, & à longè præ-
ſidia ſanitatis aduehantur.

CAPVT V.

Grauiã quãdam incommoda, quã vita-
re Regij Conſiliarij debent in Episcoporum
prouiſione, vt tuta eſſe ipſo-
rum conſcientia queat.

31 **P**rimum ſit, ne Episcopi ex vno re-
gno ad aliud transferantur, quando
id ſine magnis ſumptibus, & longiſ-
ſimis itineribus terrã marique eſſe nequit, ſi
præſertim ſenes fuerint, aut alijs corporis incom-
modis præpediti. Ex Nouã-Hiſpaniã ad Peru-
uium vidimus nonnullos tales adueniſſe, qui in
regno illo poterant decentiſſimè promoueri, aut
victuros parum, aut cum difficultate victuros.
Vnum aliquem feliciorẽ in hac parte, Illuſtriſ-
ſimum D. Dom. Ildoſonſum Ocon, qui ex Inca-
tanenſi Eccleſiã in Cuſcenſem promotus, Argen-
topolitanus Archiepiſcopus obiit Anno 1656.
dicentem audiui, nihil inconſultius & diſſonan-
tius illo ſuo tranſitu fieri potuiſſe. Quod qui-
dem ſi ex notitiã defectu oritur, id eſſe conſtat
non leui ex culpa damnabile, vt dictum Cap. 1.
ſi alio reſpectu; nullus certè occurrere talis po-
teſt, qui adeo eſt vacantibus Eccleſiis pernicio-
ſus, detrimentoſus pauperibus, opportuno ſub-
uentore carentibus, quorum & neceſſaria ſubſi-
dia in expenſis itinerum conſumuntur. Cum ta-
men ita diſponi res debeant, vt eorum cautela, &
Eccleſiæ ſeruentur indemnes, & cuiusque neceſſaria
pro ſuo modo miniſtrantur. Cap. Ecce, 39. diſt. ex D.
Gregorio lib. 8. Epistol. 4.

1. Incom-
modum in
prouiſione
Episcoporum
longinqua
tranſlatio.

Vacantiũ
Eccleſiarũ
damna.

D. Gregor.

D. Gregor.

Episcopi
Purenſis
mori.

32 Secundum, ne nimium ſenes eligantur,
quia vel eos mortuos electionis instrumenta re-
perient, vel Sede non conſenſã decedent, ſeu
paulò poſt: ſicque vacatio vna aliam diuturnam,
& plenam periculum ſubequetur. Vidimus hoc
non multis abhinc annis, octogeneriorum, &
ſupra, electionibus non ſine ingenti detrimento
fruftratis. Pro quo & eſt à Diuo Gregorio de-
cretum Libr. 12. Epistol. 6. quod habemus in Cap.
Archidiaconum, 85. diſt. vbi ſic dicitur: Archidia-
conum Florentinum Eccleſiæ Anconitana qui ad Episcop-
atum fuerat electus, Scripturæ quidem ſacra ſcientiam
habere, ſed in ætate ſenio iam conſectum accepimus, vt
ad regimini officium non poſſet aſſurgere, &c. Neque
obſtat aliquem in quibuſdam vigorem conſpici
annis ſuperiorem; fallax enim ille, & iterum
defatigatione marceſcet. Episcopus Ciuitatis
Purenſis, ſeu Conceptionis in Chilenſi regno,
ad Eccleſiam ciuitatis Sancti Iacobi in eodem
regno promotus, ætate longiſſimã, iam iam
conſenſurus nauim, dum nescio quid cibi te-
nuioris ſumit & potùs, animam exhalauit. Do-
let paternis viſceribus Diuus Leo Epistol. 84.
Cap. 1. quòd Sacerdos, (Episcopum intelligit)
ad dura fuerit laboris huiuſce compulſus; cui

Moleſtiam
itineris in
Episcopo
dolet D.
Leo.

3. longe
vacantia
Eccleſiarũ.

Cap. Ne
pro de-
fectu.

Cap. Obe-
untibus.

Concilium
Tridenti-
num.

Quanta il-
lus in in-
dijs, &
quã fre-
quentia
detrimen-
ta.

Quibus
tribuentia.

Praſatorũ
damnum
cauſe, fa-
ciles ſapè
Episcoporum
mutatio-
nes.

Cap.
Quanto
perſonam.

Neque ne-
ceſſitas ne-
que vtili-
tas com-
muniter in
illa.

non ob moleſtiam ægritudinis, non ob ſeuſitiam hiemis
darentur induciæ: ſed iter aſperum & periculũ pleniũ,
per inuiſas caute (aliãs, nimes) agere cogeret. Quibus
certè non minora in itineribus Indiciſ conſpi-
ciuntur, niſi quòd etiam longiora.

33 Tertium, & grauiſſimum proſectò,
iamque inſinuatũ, dum non ſedulò prouide-
tur ne Sedes Episcopales diuturnã vacatione ta-
beſcant. Pro quo eſt Cap. Ne pro defectu, de ele-
ctione, in quo ſic ſtatuit Innocentius Tertius:
Ne pro defectu Paſtoris gregem Dominicum Lupus ra-
pax innadat, aut in facultatibus ſuis Eccleſia viduata
grauè diſpendium patiat: volentes in hoc etiam oc-
currere periculũ animarum, & Eccleſiarum indemni-
tatibus prouidere: ſtatimus vt ultra tres meſes Ca-
thedralis Eccleſia vel Regularis, Prælati non vacet
&c. Idem antiquiorum Patrum decretis ſtatutum
fuiſſe habemus in Cap. obuentibus 63. diſt. vbi ſic
dicitur: Obuentibus ſanè Episcopis, quoniam ultra
tres meſes vacare Eccleſiam, Sanctorum Patrum pro-
hibent ſanctiones &c. Concilium etiam Tridenti-
num Episcopis æquã ex cauſã abſentiam trium
concedit meſium, eorum ſuper hoc conſcien-
tias onerando. Et quia abſentia illa trimetris,
cum detrimento gregis futura regulariter credi-
tur, id vt prouideant ne ita ſit, verbis grauiſſimis
admonetur Seſſione 23. Cap. 1. de Reformatione.
Quã cum ita ſe habeant, facile videri poteſt
quã ſit Indiã Eccleſiis exitioſa futura, non
vnius aut alterius, ſed plurimum annorum ſæ-
pè vacatio: & quã eorum grauatã conſcientiã
moneant, qui potuerunt, nec voluerunt tamen,
opportuniũ prouidere. Argyro-politanam Eccle-
ſiam ſeptennio vidimus viduatam Paſtore: Ec-
cleſiam S. Iacobi Chilenſem non minori ſpatio
etiam nunc videmus ſolatio eiũdem orbata; &
nondum ſtatim finis: Pompanenſis duodenna-
lem ſuſtinuit orbitatem: Panamenſis, Chartagi-
nienſis, S. Marthæ, & fortè aliã, diuturnã vi-
duitate mirum erit ſi non penitus marcerunt.
Et damna quidem videmus, cum eorum non vi-
deamus auctores: certè tamen ſcientes ad Con-
ſilium Regium remedij ipſorum curam pertinere:
ſiue totum illud ſit, aut illius portio, Came-
rã ſcilicet, iuxta diuerſas circa hoc diſpoſitio-
nes, quarum utilitates ipſi viderint diſponentes;
dummodò communis, & non priuatorum com-
modi ratio potiſſimum habeatur.

34 Præſata autem vacantiarum incommo-
da, ex alio non ſemel oriuntur incommodo, muta-
tione inquam Prælatorum: non enim ita facile
repletur Sede ac contingit vacuari: neque tam
opportunè ſpirituale Matrimonium contrahitur
cum ſecundo, ac cum tranſlato diſſoluitur. Et
de tranſlatione quidem Innocentius Tertius Cap.
Quanto perſonam, de tranſlatione Episcopi, ita lo-
quitur: Non enim homo, ſed Deus ſeparat, quos
Romanus Pontifex (qui non puri hominis, ſed ve-
ri Dei vicem gerit in terris) Eccleſiarum neceſſitate, &
utilitate penſatã, non humanã, ſed diuinã potiùs au-
ſtoritate diſſoluit. Sic ille. Hanc autem neceſſi-
tatem, vel utilitatem in huiuſmodi mutationibus
rariffimè in Indijs accidere, nos, qui vidi-
mus & tangimus, non dubij poſſumus proteſta-
ri. Et mirum proſectò eſt Conſilij Dominos
melius videre, & penetrare profundius, longiſ-
ſimo terrarum & marium diuortio ſeparatos.

35 Fateor vtilitatem amplos habere terminos,
& ita poſſe illam, licet non eximium, ali-
qualem tamen, in mutationibus iſtis deprehen-
di. Verùm neque hoc videtur ſatisfacere, quia
hi, qui rem iſtam proximius & intimius inſpi-
ciunt, nihil tale deprehendunt: & ſatis periculofa
res eſt; quandoquidem, vt cum alijs habet P. A-
micus Tomo 8. Diſput. 22. num. 73. tranſlatio fa-
cta ſine ſufficienti cauſã, ſaltem probabiliter
æſtimata, eſt irrita; ſicut diſpenſatio in votis,
vel in matrimonio. Deinde, qualicumque v-
tilitas, quã ſcilicet parui momenti eſt, non de-
bet ad tales mutationes attendi, quia per illas
Matrimonium ſpirituale diſſoluitur, vt conſtat
ex citato Capite, & præſertim ex antecedenti ſatis
memorabili, quod incipit Inter corporalia; in quo
maius illius vinculum quã matrimonij corpo-
ralis eſſe deciditur, & probatur: Atqui matri-
monium corporale non qualicumque vtilitate,
ſed maximã diſſolui poteſt, vt omnes de hoc a-
gentes Doctores affirmant. Præterquam quòd
vtilitas talis non eſt conſiderabilis ad mutatio-
nem, quando ex mutatione ipſã frequentia in-
conuenientia reſultant, ad quã potiùs attenden-
dum: quandoquidem id, quòd vtilitatis Eccle-
ſiã vni videtur accreſcere, decreſcit alteri, quã
vtili ſponſo viduatur.

Non quã-
libet vtili-
tatem eſſe
ſufficientem.

Ex tranſ-
itu ad aliã
Religionem
arguitur,
communi-
ter non
probato.
D. Tho-
mas.

Caffianus.

Ob defe-
ctum vtili-
tatis.

36 Propter quam rationem Doctores com-
muniter improbant tranſitum Religioſi ad Reli-
gionem alteram, intuitu etiam maioris perfe-
ctionis. Pro quo ſic D. Thomas 2. 2. quæſt. 189.
artic. 8. in Corpore: Reſpondeo dicendum quòd tran-
ſire de Religionem ad Religionem, niſi propter magnam
vtilitatem vel neceſſitatem, non eſt laudabile: tum
quia ex hoc plerumque ſcandalizantur illi, qui relin-
quuntur: tum etiam quia facilius proficit aliquis in
Religione, quam conſuevit, quã in illa, quam non
conſuevit, ceteris paribus. Sic ille adducens ſtatim
verba Abbatis Neſterotis apud Caſſianum Col-
lat. 14. Cap. 5. vbi ſic ait: Vnicuique vrile eſt, vt
ſecundum propoſitum, quòd elegit, ſine gratiam, quam
accepit, ſummo ſtudio ac diligentia ad operis arrepti
perfectionem peruenire ſeſinet, & aliorum quidem lau-
dans admiransque virtutes, nequaquam à ſeũ, quam
ſemel elegit, profeſſione diſcedat. Hæc ille. Nec o-
mittenda alia ex Cap. 6. vbi ita loquitur: Im-
poſſibile namque eſt vnum eundem hominem, ſimul v-
niuerſis, quas ſuperius comprehendit, fulgere virtuti-
bus. Quis ſi quis voluerit pariter aſſectare, in id eum
incidere neceſſe eſt, vt dum omnes ſequitur, nullam
integre conſequatur: magiſque ex hac mutatione ac
varietate diſpendium capiat, quã proſectum. Viden-
dus P. Suarez Tomo 4. de Religionem Tract. 8. Lib. 3.
Cap. 9. iuxta quã conſtat non quamlibet vtili-
tatem ſufficere, vt ſit mutatio iſta laudabilis, &
attendendum damnum, quòd derelictæ Religi-
oni obuenerit poteſt ex frequentibus ſcandalo, pro-
pter quòd vtilitas præſentia debet nibili reputari,
& ſuſpecta haberi, cum maior vtilitas ex con-
ſuetis poſſit virtutum exercitationibus, quã ex
nouiter aſſumptis ſperari: bona enim conſuetã
relinquere, & inſolita inchoare, non ſolet eſſe
ad proſectum vrile, vt ex D. Thomã concludit
P. Suarez ſuprà num. 3.

37 In caſu autem noſtro de tranſlatione E-
piscoporum idem accidere manifeſtum eſt, pro
quo non quãuis vtilitas, ſed magna requiritur:

Quæ ma-
gna eſſe de-
bet in tran-
ſlatione E-
piscoporum

Episcoporum, pro quo ap- pletatio transiit Religioſi.

Valida arguitur ex eo quod electus potest non admittit promotionem, sicut primariam electionem.

minor enim non curanda, quia damnus Ecclesia relicta, ad quam maior ob consuetudinem profectus deriuabitur, digna est etiam attentione pensandum: vnde quæ speratur in aliâ vtilitatis accretio, incerta redditur, maiusque ex hac mutatione dispendium, quam captandum commodum, vt ex Cassiani iam auctoritate firmatum.

38 Pro quo est aliud satis mihi robustum argumentum. Nam si electus ad aliam Ecclesiam electioni non annuat, minimè ad nouum illud onus subeundum compelletur. Licet enim Summus Pontifex compellere possit, id tamen est, magna necessitate aut vtilitate interueniente; aliâ non rectè faciet, medio vtens ad eam acri & insolito, ad dissoluendum spirituale Matrimonium, quod, vt fatetur ipse, Ecclesiarum necessitate vel vtilitate pensatâ, non humanâ, sed diuinâ potius auctoritate dissoluit; vt iam vidimus. Ideo vsus aliter habet, & promotione non acceptans in prioris sponsæ gremio finitur requiescens. Ex hoc iam arguo. Ergo in ordinariâ Ecclesiarum mutatione non est momenti alicuius vtilitas. Patet illatio, quia si talis esset, non possent turâ conscientia illi, ad quos prouiso pertinet, non acceptantibus acquiescere, cum ad maiorem earum vtilitatem procurandam teneantur. Cum ergo acceptent, sicut & primariam renuntiationem in nondum Episcopis, signum est de maiori Ecclesiarum vtilitate non esse sollicitos, vt eam censeant ex huiusmodi mutationibus prouenturam. Quod si dicant attendi quidem vtilitatem, sed reculante vno, alium parâ meriti conquiri. Tunc sic. Ergo cum inueniri alius possit, non est conueniens hunc eligi, ad cuius promotionem necessaria est dissolutio Matrimonij spiritualis, quæ secundum se disconueniens est, & sine magni alicuius boni intuitu nequit honestari. Et hæc, vt dixi, in Indiis magis vrgent, vbi eminens prospecta fallit vtilitas, & vacationum incommoda cominus sentiuntur.

Dilatatio Consecrationis quàm in Indiis frequens, & exitiosa. Cap. Quoniam.

Illis non satis occursum per schedulam gubernationis.

39 Et illarum quidem frequens causa est dilatatio consecrationis ob Bullas nimis quantum retardatas. Cuius dilatationis periculum Pelagius Paparecognoscit, vt habetur in Cap. Quoniam 100. dist. illis verbis: *At per hoc Episcoporum consecratio viduatis Ecclesiis non sine periculo protelatur.* Sic ille. Cui quidem incommodo à Regio Consilio satis videtur occursum, dum pariter cum prouisione Regiâ prouiso iniungitur ad Ecclesiam suam profectus, dum Bullæ expediuntur, & Capitulo Cathedrali simul hortamentum dirigitur, vt gubernationem eidem deferat, ne indigenæ Pastoris curâ diu destituti damna ineluctabilia, quæ iam vidimus ex attestatione sacrorum Canonum, patiantur. Et hoc quidem si fieret, damna dicta, licet non penitus, magnâ tamen ex parte cessarent. Non fit tamen, & sunt qui Ecclesias adeant ante consecrationem, causas semper suo iudicio verosimiliter obtinentes. Res ergo hæc momenti tanti pressius disponenda, seriâ deliberatione Consilij, & Pontificis consultatione. De quo quidem actum iam, vt apud Dom. Solorzanum videri potest Lib. 3. Cap. 13. num. 113. & seqq. & in Politicâ Lib. 4. Cap. 13. versus finem. Et licet quædam abhibere cautiones, parum nihilominus & profecerunt & sunt semper profecturæ, dum non valida securis ad

radicem arboris admouetur.

40 Quod si quidquam meum esset in hac causâ iudicium valitum, sic profectò consulere, vt Indiarum Episcoporum confirmatio à Legato, vel Nuntio in Curia existente peteretur, & quidquid ad Consecrationem ex Apostolica Sedis præscripto necessarium fuerit, Sede ipsâ Apostolicâ Vices suas Legatis & Nuntiis ad hæc munia conferente, & cum obligatione ad eandem Apostolicam Sedem pro Bullis obtinendis, vbi primùm opportunitas fuerit, recurrendi. Quod equidem non debet reputari absurdum: extraordinaria enim quæ occurrit, non sunt ordinariis modis aut mediis disponenda, & aliquid remittendum de iure, vbi exacta iuris obseruatio incipit esse damosa. Regibus Catholicis pro moderatione Indiarum multa sunt ab Apostolicâ Sede præter aut etiam contra communes regulas iuris indulta, vt sint non pauci, qui censeant eum esse Sedis eiusdem Legatum, vt diximus Titulo præcedenti Cap. 15. quod in laicâ personâ quis non censeat admirandum? Ergo & pro Indiarum bono id, quod vt conueniens profero, poterit cum minori admiratione præstari. Pro quo facit Cap. Valde 94. dist. in quo sic ait Symmachus Pontifex: *Valde necessarium prospeximus esse, vt sicut Prædecessorum nostrorum fuit iudicium, ita vni eademque personæ omnia committamus: & vbi presentes esse non possumus, nostra per eum, cui præcipimus, representetur auctoritas.* Quapropter Petro &c. Poterit etiam facultas confirmandi Indiarum Patriarchæ concedi, quo pacto dignitas illa non erit nudi tituli, sed de re maximè Indiciis Ecclesiis conuenienti.

Quid in eo videatur opportunius scilicet confirmandi vices alicui tribui.

Roboratur ex concessionibus alicui pro Indiis.

Ex Apostolica Sedis stylo.

Cap. Valde.

Non semper illa Sedis Apostolica referuata, pro quo iura varia iuxta que alii ad tribuuntur.

D. Leo Magnus.

Cap. Episcopos.

Gelasius Pontifex.

41 Quod roborari ex eo potest valde in causâ istâ congruenti; confirmationem scilicet Episcoporum non semper fuerit à Sede Apostolicâ requisitam. Vnde Concilium Nicænum 1. Can. 4. sic statuit: *Potestas sanè vel confirmatio, pertinet per singulas Prouincias ad Metropolitanum Episcopum.* Quod habetur in Cap. Episcopi 64. dist. & eiusdem Concilij decretum aliud extat in Cap. Illud, eadem dist. Ad Primatis auctoritatem spectare determinat Concilium Carthageniense 3. Ad Legatum Sardienſe. Diuus Leo Magnus Epist. 84. ad Anastasium Theſſalonicenſem Episcopum & Primatem ita scribit: *De personâ autem consecrandi Episcopi, & de Cleri, plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad Fratrem tuam referat: quodque in Prouinciâ benè placuit, si re faciat: vt ordinationem celebrandam tua quoque firmet auctoritas. Quæ rectis dispositionibus nihil moræ aut difficultatis debet adferre, ne gregi Domini diu destituta cura Pastorum.* Sic ille, quod & habetur in Cap. De personâ 65. dist. Addit autem statim quid faciendum, quando Metropolitanò defuncto alius est in eius locum subrogandus: quod videri potest in Cap. Metropolitanò 63. dist. & etiam 77. in principio. Nicolaus Pontifex Ioanni Pauennati Archiepiscopo ita scribit: *Episcopos per Æmiliam non Consecres, nisi post electionem vel consensum Cleri & populi.* Cap. Episcopos 63. dist. Gelasius Episcopis per Dandaniam constitutis sic præcipit: *Sicut veteris consuetudo deposcit, vniuersim, si Metropolitanus humana conditionis sorte decesserit, à Compromissariis Episcopis (sicut forma transmissit) sacrari modis*

Longinquitatis præsertim ratione.

Cap. Pudentia 24. quæst. 1.

Pro Hispaniâ concessio specialis. Cap. Cum longè.

Toletano Præsuli confirmatio merito committenda.

dis omnibus censeatis. Neque sibi quemquam, quod vobis antiquâ dispositione concessum est, patiamini vindicare. Cap. Quia per ambitiones 65. dist. Pro quo & est tota Distinctio 64. & videri alia possunt apud P. Bauny Tomo 1. Tract. 8. Quæst. 5. & seqq. & apud Dianam Parte 10. Tract. 1.

42 Sed illud magis ad rem quod propter longinquitatem inuenimus priuilegium hoc à Sede Apostolicâ non semel fuisse concessum. Sic enim loquitur Gelasius Papa in Cap. Pudentia 24. Quæst. 1. *Is mos antiquus fuit, vt quia pro longinquitate vel difficultate itineris, ab Apostolico onerosum illis fuerat ordinari: ipsi se inuicem Mediolanensis & Aquileiensis ordinare Episcopi debuissent: ita tamen vt in eâ ciuitate, in quâ erat ordinandus Episcopus, alterius ciuitatis Pontifex occurrere debuisset: vt Ordinandi electio à præfenti Ordinatore, ex consensu vniuersalis, cui præferendus erat, Ecclesie, melius ac facilius potuisset agnosci.* Sic ibi ob longinquitatem & difficultatem ei, de quâ agimus, nullo modo comparabilem.

43 Pro Hispaniâ verò extat Concilij Toletani 12. Canon. 6. à Gratiano desumptus, & Dist. 63. Cap. Cum longè, his verbis expressus: *Cum longè latèque diffuso tractu terrarum, communitum impeditur celeritas nuntiorum, quo aut nequeat Regibus audientibus decedentis Præsulis transitus notificari, aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio expectari: nascitur sepe aut nostro Ordini de relatione talium difficultas, aut Regiâ potestati, dum consilium nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet numerosa necessitas.* Vnde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ atque Galliæ vt salvo priuilegio vniuersi cuiusque Prouinciæ, licitum maneat deinceps Toletano Pontifici quoscunque Regalis potestas elegerit, & iam dicti Toletani Episcopi iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet Prouinciis & in præcedentium Sedibus præfere Præsules, & decedentibus Episcopis eligere successores: ita tamen vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, intra trium mensium spatium, Metropolitanis propriè præsentiam visurus accedat. Sic ibi. Ex quo longinquitatis & necessitatis incomparabili discrimine ponderato, vt nuper circa Mediolanum, & Aquileiam, alius oportuna prouisionis modus occurrit: videlicet confirmatio Indiarum Præsulum Toletano Antistiti, vtpotè Hispaniarum Primati committatur. Vacante autem Toletanâ Sede, Legato, Nuntio, Patriarchæ, aut Hispanensi Archipræsuli, vel alteri, qui commodior fuerit iudicatus. Quod dum non ita disponitur, sibi penitus persuasum habeant Prouisores damnis & periculis vacantiarum nullatenus obuiandum: cum tamen nihil in rebus Indiciis occurrat, cui de præsentiori magis debeat remedio prouideri.

CAP V I.

An Consilium Indiarum turâ conscientia caussarum decimalium cognitio- nem & decisionem assumat.

S. I.

Affertio prima proposita & comprobata.

Decimales caussæ fori sunt Ecclesiastici, pro quo iura vtriusque.

44 Cvm decimales caussæ spirituales sint, & ita Ecclesiastici fori ex Cap. Tua, de decimis. Cap. Statuimus. Cap. In sacris. Cap. In canonibus. Cap. Similiter. Cap. Quia iuxta Theſauri Indici Tom. I.

ta 16. Quæst. 1. Cap. Decretum 10. Quæst. 1. Caput autem Conuenior 23. Quæst. 8. & Cap. Per lectis 25. dist. ab iis adducta, in speciali non loquuntur. Pro quo & Dom Solorzanus Lib. 3. Cap. 1. num. 37. adducit Clement. Dispendiosam, de iudiciis, quæ tamen parum videtur conducere, quia ibi tantum decimarum caussa inter eas numeratur, quarum non est protrahenda tractatio, sed breuiter terminanda: sicut & Decretalis Alexandri Tertij ab eodem relata Lib. 4. sub titulo de iudiciis, incipiens Relatum, cum in posteriori compilatione desideretur. Vrger tamen summa auctoritas Bullæ Cœnæ in 14. Excommunicatione Sedi Apostolicæ referuatâ, vbi de decimis expressa mentio, quarum iudicium prohibet à iudicibus secularibus vsurpari: quamuis non videatur omnem vsurpationem comprehendere, sed quando caussæ tales à iudicibus Apostolicis ad propria tribunalia, & prætextu exemptionum & gratiarum, auocantur: de quo diuersæ sunt Scriptorum sententiæ, circa quas videri potest P. Palays Parte 6. Disput. 3. Puncto 15. Ad institutum tamen præfens omnino conducit, quia decimales caussæ inter spirituales recensentur. Cum inquam caussæ istæ tales sint, & ita aperta prohibitio, merito quæstio suboritur, de quâ in Titulo, & eo præsertim, quia prohibitione dictâ non obtante, videmus eam à Regio Senatu ad se acriter aduocatum. Et quod id merito factum, contendit Dom. Solorzanus supra num. 42. & seqq. vbi plures adducit id tenentes, & Regia item rescripta, quibus idem statuitur, aut supponi videtur. Pro quo & in Politicâ Lib. 4. Cap. 1. Circa quod

Inde quæstio præfens.

Affertio 1. Præter duos Nouenos nihil iuris in decimis Regibus nostris competere.

Probatio ex eo quod donatio Pontificia non suffragatur.

45 Dico primò, Præter ius percipiendi duos Nouenos in distributione decimarum referuatos, nihil præterea Regibus Catholicis iuris conuenit vt Indiarum dominis, propter quod eorum Consilium possit se decimalibus caussis immiscere. Probatio est euidentis. Nam si speciale aliquod ius competeret, id esset ob titulum donationis eidem factæ ab Alexandro Sexto, cuius tenorem adducit Dom. Solorzanus supra num. 7. Atqui hoc non sufficit; ergo nullus est titulus specialis. Maior est certa, & eam, qui aduertantur, admittunt. Minor autem ostenditur. Primò. Quia donatio hæc non habuit effectum: sic enim in illa Pontifex: *Postquam illa acquisita ac recuperata fuerint (vt præfertur) assignata prius realiter & cum effectu, iuxta ordinationem tum Decretanorum locorum, quorum conscientias super hoc oneramus, Ecclesiis in dictis Insulis erigendis, per Vos, & successores vestros præfatos, de vestris, & eorum bonis dote sufficiente, ex quâ illis præfidentes, earumque Rectores, se commode sustentare, & onera dictis Ecclesiis pro tempore incumbentiâ perferre, ac cultum diuinum ad laudem Omnipotentis Dei commode exercere, iuraque Episcopalia persolvere possint, decimam huiusmodi percipere, ac licet & liberè leuare valeatis, auctoritate Apostolicâ tenore præsentium de speciali dono gratiæ indulgemus.* Sic Alexander. Tunc sic. Regibus Catholicis talis est facta concessio sub conditione onerosâ fundandi & dotandi Ecclesias ex propriis bonis: ergo eâ non impletâ, dispositio Pontificia non subsistit. Antecedens est ipsa concessionis forma, & consequentia certissima ex indubitatis iuris vtriusque regulis: pro

E quo